

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Creacio siue creator e
cum uariis

Considera septem in beneficio creacionis quod creauit te sine commodo suo cui psalmus ait: Bonorum meorum non eges, sine merito tuo quia nichil ante promeruit qui penitus nichil fuit. Cogita qualem fecit secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis egregiam ut pote yimage Creatoris insignem, racionis participem, beatitudinis sempiterne capacem. Considera et dominacionis potestatem. Terror enim hominis super cuncta animancia imminere decernitur. Considera ergo largitatis administracionem quanta tibi largitus est ad sustentacionem, quanta ad erudicionem, quanta ad consolacionem, quanta ad correptionem, quanta ad delectacionem. Quid in gracias agas?

Bernardus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sine *om.* P V¹ V² L¹ L²; *suo*] tuo V² L¹ L²; *psalmus*] paulus P V¹, *om.* V² L¹ L²; *eges*] Dauid add. V² L¹ L²; *yimage*] imaginem P V¹; *considera et*] considerate et (*cor. sub lin.*) B; *considera ergo*] considerai ergo (*cor. sub lin.*) C; *administracionem*] demonstrationem L¹ L²; *largitus*] largiturus P V¹; *in*] ni P V¹ V² L¹ L²